



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvngensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Ordo Ac Series Episcoporum Ecclesiae Verdensis, ab Anno Christi
DCCLXXVI, usque ad annum MDCLIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

ORDO AC SERIES
EPISCOPORVM
ECCLESIAE VERDENSIS,

ab Anno Christi DCC LXXVI,
usque ad annum M DC LIII.

CAROLVS MAGNVS, Ecclesiae Verdenfis
Fundator circa annum Domini DCC LXXVI.

	Anni	Sef- fio.	Obi- tus.
I. S. SUIBERTVS, Abbas in Anglia, Ordinis S. Benedicti, Vir magnae sanctitatis, condidit, auxilio Caroli Magni, Cœnobium Monachorum Ordinis S. Benedicti, contiguum Ecclesiae Cathedrali. praeuit circiter	21		
II. S. PATTO, Scotus, Abbas Amarbaracensis, Ordinis S. Benedicti.			
III. S. TANCO, natione Scotus.			
IV. S. NORTYLA.			
V. S. CEVILO, aliis LEVILO.			
VI. S. CORTYLA, natione Scotus.			
VII. ISINGERVVS.			
VIII. S. HARRUCHVS, Scotus, Abbas Amarbaracensis. Sub hoc à summo Pontifice canonizati sunt S. TANCO & S. PATTO, miraculis clari.			
IX. HELINGALDVS.			
X. S. ERLVLPHVVS, cum aliis Christianis, martyrio coronatur à Nordmannis & Danis, in loco qui dicitur Eppeckesdorp, circa annum			876
XI. WALTERVS, natione Saxo.			
XII. WIGEBERTVS, nobili stemmate ortus, omne suum patrimonium Ecclesiae donat.			
XIII. BERNARDVS, Ludovico III, Conrado I, & Henrico Aucupi, Imperatoribus, charus.			
XIV. S. ADELWARDVS, illustri genere natus.			
XV. AMELUNGVS, filius Ducis Hermannii Wilungi.			
XVI. BRUNO I, Saxoniae & Sueviae Dux, Ottonis Imperatoris Nepos; patrimonium Ecclesiae suae donat, Monasterium Virginum Vlfimense in honorem B. M. V. & S. Ioannis Baptistae extrui curat. postmodum, anno Christi DCCCCXCV, Pontifex Romanus creatur, dictus exinde GREGORIVS V.			
XVII. HERPO, ab Ottone III Imperatore accipit potestatem cudendi monetam.			
XVIII. BERNHARIVS, aliis BERNANVS.			1013
XIX. WIGGERVS, ampliatur Cathedralem Verdensem.	25		1038
XX. DIETHMARVS, exiguo tempore Ecclesiae suae praeuit.			
XXI. BRUNO II. Sub hoc Vandali Diocesis Verdensem devastarunt.			
XXII. SIGEBERTVS, Henrico IV & ejusdem matri Agneti Imperatrici charus; unde eidem Forestum Magdheydense & Arcem Hermenburgensem donarunt.			1060
XXIII. KIRCHEBERTVS, Ducali stemmate natus, Ordinis S. Benedicti Monachus.			
XXIV. HARDOVIGVS, obiit sub Lothario II Imperatore.			
XXV. MASO, alias MAZO, Canonicus Goslariensis, moritur circa annum			1128
XXVI. DIETHMARVS II, interfuit expeditioni Hierosolymitanæ sub Conrado III Imperatore,	40		1168
			XXVII.

	Anni	Se- fio- nis.	Obi- tus.
XXVII. HERMANNVS, Imperatori Friderico admodum charus, ab Eugenio III Papa privilegia consecutus.			
XXVIII. HVGŌ.			1189
XXIX. TAMMO, vel TANNO, Camerarius Cathedralis Verdenſis, arcem Vallentlovenſem Eccleſiæ ſuæ acquiſiuit.	7		1197
XXX. RODOLPHVS.	11		1208
XXXI. Iſo, Comes de Welpa.	26		1234
XXXII. LVDERVS, fundavit Monafterium Schernbecenſe. Sub hoc capta eſt Civitas Verdenſis à Comite de Welpa.	20		1254
XXXIII. GERHARDVS, Comes de Hoya. Sub hoc Cathedralis Verdenſis, & Canonicorum habitationes incendio vaſtantur.	16		1270
XXXIV. CONRADVS, Dux Brunſwicenſis, laudabiliter præeſt.	33		1303
XXXV. FRIDERICVS, Dominiſ ab Honſtetten.	10		1314
XXXVI. NICOLAVS, Vir ſummæ prudentiæ.	20		1334
XXXVII. IOANNES, Curia Romanæ Medicus, à Papa Benedicto XII commendatus, Verdenſi Eccleſiæ præficitur; ſed, quia regio minus placebat, Romam reverſus, fit Epifcopus Friſingenſis.			
XXXVIII. DANIEL, Theologiæ Magiſter, Ordinis Carmelitarum, ex Pontificia proviſione fit Epifcopus Verdenſis; verum, cum, exactis XIX annis quietè præſuiſſet, tandem inter illum & Capitulum exortæ diſcordiæ; unde Coloniam migravit, ibidemque mortuus eſt.			1356
XXXIX. WOOLEHVS, Caroli IV Imperatoris Cancellarius, Principibus Imperii valde charus, pauco tempore præſuit.			
XL. GERHARDVS, Baro Montenſis, cum paucis annis præſuiſſet, ad Epifcopatum Hildeſimenſem evocatus, Verdenſem reſignat, anno MCCCXLIV.			
XLI. HENRICVS à Langen, Luneburgenſis, Præpoſitus Monialium Lunenſium.	15		1380
XLII. IOANNES de Seſterſtiet, Decanus Bremenſis, laudabiliter præeſt.	8		1388
XLIII. OTTO, Dux Brunſwicenſis & Luneburgenſis. Sub hoc Eccleſia Cathedralis ex integro eſt reædificata; quam ipſe, anno MCCCXC, de novo confecravir. Evocatus deinde ad Archiepiſcopatum Bremenſem, reſignat Verdenſem.			
XLIV. THEODORICVS de Niem, Sacræ paginæ & Legum Magiſter, à Bonifacio Papa IX, Verdenſi Eccleſiæ præficitur. verum, cum paucis annis eidem præſuiſſet, eundem reſignat, & fit Archiepiſcopus Cameracenſis.			
XLV. CONRADVS, Nobilis de Vechra, Iurium Doctör, cum paucis annis præſuiſſet, eodem reſignato fit Archiepiſcopus Pragenſis.			
XLVI. CONRADVS à Sultou, Luneburgenſis, ſacræ paginæ Doctör. Hic, de hæreſi accuſatus, coram ſummo Pontifice ſe purgavit.			1407
XLVII. HENRICVS Comes de Hoya, Decanus Verdenſis, cum annis XIX Eccleſiæ ſuæ præſuiſſet, Epifcopatum reſignat anno MCCCCXXVI.	19		
XLVIII. IOANNES de Aſel, Hildeſimenſis, Decretorum Doctör, à Martino V Papa, Verdenſi Eccleſiæ præficitur. qui, cum per XL annos Eccleſiæ ſuæ utiliſſimè præſuiſſet, eandem reſignat.	40		
XLIX. BERTHOLDVS, Baro de Landsbergen, Decanus Verdenſis, colligit inſignem bibliothecam; novis ædificiis Cathedralem Eccleſiam illustrat; creatur etiam Epifcopus Hildeſimenſis. ſedit circiter annis	33		1503
L. CHRISTOPHORVS, Dux Brunſwicenſis, Archiepiſcopalis Eccleſiæ Bremenſis Coadjutor, creatur, anno ætatis ſuæ XVI, Adminiſtrator Verdenſis, & poſtmodum conſecratur Epifcopus Catholico ritu, nec non tam à Papa quam Cæſare confirmatur.			
LL. GEORGIVS, Dux Brunſwicenſis, Præpoſitus Colonienſis, & deinde Epifcopus Mindenſis & Archiepiſcopus Bremenſis, fit etiam Epifcopus Verdenſis, mortuo fratre; uſque ad finem vitæ, Catholicæ fidei defenſor.			
LII. EVERHARDVS ab Holla, Epifcopus Lubecenſis, & Abbas ſancti Michaëliſ Luneburgi, Sacerdos & vir Catholicus, tam à Papa quam à Cæſare confirmatus, in fine vitæ à Catholica fide ad ſectam			

- Lutheri primus ex omnibus Episcopis Verdenfibus deflexit, circa annum M D LXVII.
- LIII. PHILIPPVS SIGISMVNDVS, Dux Brunfwicenfis, postulat Episcopus Verdenfis; verum, cum esset alienæ religionis, neque à Papa neque à Cæsare confirmationem juxta Canones & Constitutiones Imperii obtinere potuit. Obiit ultima Martii.
- LIV. FRANCISCVS GVILIELMVS, Comes de Wartemberg, Episcopus Osnabrugensis & Mindensis, ab Urbano VIII Papa, ex jure devoluto hac vice, Verdenfî Ecclesiæ præficitur, & tam à Papa quam Imperatore legitime confirmatur: prima Martii, anno Christi M D C XXX, accipit possessionem; sed ab hostibus Imperii, anno sequenti, ex Diocesi pellitur. vivit adhuc anno hoc M D C LIII; cui Deus longævam in terris & æviternam in cœlis vitam donare dignetur.

Anni
Sef-
fio-
nis.

1625

SEQVITVR

CATALOGVS
CLERI VERDENSIS,
SÆCVLARIS AC REGVLARIS,
tam in Civitate quàm extra eam.



Apitulum Cathedralis Ecclesiæ Verdenfis, sub patrocínio Beatae Mariæ Virginis. Sunt in eo quindecim Canonici; ex quibus quinque seniores tenentur esse Presbyteri, quinque subsequentes Diaconi, & quinque juniores Subdiaconi. Hæ Cathedralis simul est Parochialis.

Abbatia sancti Michaelis in civitate Luneburgensi, Ordinis sancti Benedicti.

Præpositura S. Ioannis in Luneburg.

Collegiata S. Andreae in civitate, quæ simul est Parochialis.

Monasterium Ordinis S. Francisci de Observantia, in Civitate.

*Parochia alie intra Civitatem
Verdensem.*

Sancti Ioannis; & S. Nicolai.

*Parochia extra Civitatem, in districtu
seu Satrapiâ Verdensi.*

Sancti Nicolai in	Westen,
Dörstet,	Annenberg,
Illoe,	Dorverden,
Witteloe,	Lenteloe.

*Parochia in districtu seu Satrapiâ
Rodenburgensi.*

Rodenburg,	Wolfstorff,
Kirchwallfede,	Fisselhövede,
Ahaus,	Nienkercken,
Sottrum,	Schneverdinck,
Schezal,	Vinttel,
Brokul,	Salshufen.

*In districtu Ducatus Luneburgensis extendit se
Iurisdictione Diocæsana Episcopatus Verdenfis, cis
Alleram fluvium, usque ad Albim, Isam, &
Ietcen fluvios; nec non in aliquam partem Comi-
tatus Hoye ultra Alleram.*

AD LECTOREM.

CVm hæresis à plurimis annis hac in Diocesi invaluerit, Episcopos & Administratores infecerit, vel ab illis nutrita fuerit; sicut plurima alia, vel incuriâ vel malitiâ, perierunt documenta, ita & hic Cleri jurisdictionique Ecclesiasticæ subsectorum locorum compilatio non sine magnis difficultatibus, ex monumentis, antiquis designationibus, aliisque documentis authenticis, erui debuit. Vti vero nemini per hoc præjudicatum volumus, ita &, si quid omissum, nullatenus concedimus, Vale.

SYN-